FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI || RECENS RECOGNITA, ET || MVLTIS DEFINITIONI-||BVS AVCTA.||

Chyträus, David

Magdeburg, 1571

VD16 ZV 27938

QVARTVS LOCVS. DE PECCATO.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148322

Visual Library

III. *Vt hæ breues pœnæ corporales ſint commonefactiones de æternis pœnis.*

IIII. *Vt pœnæ nos impellant ad pœnitentiam, ad uitanda peccata & emendationem uitæ.*

V. *Vt tranquillitas publica conſeruetur.*

VI. *Vt exemplis horribilium pœnarum deterriti alij uitent delicta, quibus pœnæ attrahuntur.*

Omnibus autem comminationibus pœnarum addit Deus conditionem pœnitentiæ, qua ſemper uel liberatio uel mitigatio calamitatum impetratur, ut Ieremiæ 18. dicitur: Si pœnitentiam egerit gens illa à malitia ſua, contra quam loquor: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, ut facerem ei.

QVARTVS LOCVS.

DE PECCATO.

Quid eſt Peccatum?

PECCATVM eſt quicquid non congruit cum norma Legis diuinæ. 1. Iohan. 3. ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία. uel, vt in Locis definitur.

PECCATVM eſt defectus, vel inclinatio, vel actio pugnans cum Lege Dei, promerens iram Dei & æternas pœnas,

niſi

niſi fuerit facta remiſsio propter Filium Mediatorem.

QVÆ EST CAVSA EFFICIENS peccati?

Toto pectore amplectenda eſt ſententia, Deum non eſſe cauſſam peccati, nec approbare peccatum nec impellere ad peccandum, ſed primi peccati cauſſa fuit libera voluntas, Diaboli & primorum Parentum, qui liberè & ſua ſponte auerterunt ſe à Deo, & ſapientiam, iuſticiam & libertatem voluntatis, in creatione ipſis inſitam, ſibi & toti poſteritati amiſerunt.

EXTERNORVM AVTEM PECCAtorum tres ſunt cauſſæ?

I. Errores, ſeu cæcitas & caligo mentis humanæ, quæ lapſum primorum parentum ſecuta eſt.

II. Prauæ cupiditates in voluntate & corde.

III. Incitatio Diaboli.

Materia in qua, eſt Mens, Voluntas, Cor, & potentiæ obtemperantes, & omnia membra externa.

Forma,

Forma, eſt reatus, hoc eſt, obligatio perſonæ ad iram Dei & æternam damnationem.

Fines & effectus ſunt.

I. Ira Dei.
II. Aeterna damnatio.
III. Mors corporis.
IIII. Omnes calamitates generis humani
V. Tyrannis Diaboli.
VI. Concupiſcentia, quæ ſimul eſt peccatum & pœna peccati.

QVÆ SVNT SPECIES peccati?

PECCATVM ORIGINIS eſt defectus vel inclinatio pugnans cum lege Dei, nobiſcum naſcens & ſecuta lapſum Adæ, promerens iram Dei & æternas pœnas, niſi fuerit facta remiſsio propter filium Dei Mediatorem.

PECCATVM ACTVALE eſt affectus vel actio æterna pugnans cum lege Dei, promerens iram Dei & pœnas æternas, niſi facta fuerit remiſsio.

DIC ALTERAM DIVIſionem peccati:

VENI-

VENIALE Peccatum eſt defectus, vel inclinatio, vel affectus, pugnans cum Lege Dei, in renato, cui retinenti fidem, & repugnanti prauis affectibus ſpiritu, reatus remittitur.

MORTALE Peccatum eſt in non renato quodcunq; peccatum, Sed in lapſo, qui antea fuit renatus, eſt delictum contra conſcientiam, propter quod homo amittit gratiam & Spiritum ſanctum, & fit reus iræ Dei & æternæ pœnæ, niſi rurſus ad Deum conuertatur.

PECCATVM CONTRA CONSCIENTIAM eſt, quod fit à ſciente & volente.

PECCATVM IN SPIRITVM SANCTVM eſt, vel veritatem agnitam petulanter & perſeueranter oppugnare: vel opera quæ certo apparet Spiritu Dei facta eſſe, odio Phariſaico tribuere Beelzebub, & dicere Diaboli opera eſſe: vel deſperare, hoc eſt, adimere Deo laudem miſericordiæ ſeu gratiæ exuberantis ſupra peccatum.

Sed nos, quantacunq; ſint noſtra peccata, ſciamus mandatum Dei eſſe, vt credamus, Omnia peccata nobis remitti, &

pro-

promiſsionem Gratiæ vniuerſalem ac gratuitam eſſe, vt dicitur Matthæi 11. Venite ad me omnes.

Roman. 5. Gratia exuberat ſupra peccatum.

Iohan. 3. Omnis qui credit in Filium, habet vitam æternam.

QVINTVS LOCVS.

DE REMISSIONE PECCATORVM, SEV IVSTICIA IN Euangelio promiſſa.

QVOMODO IVSTIFICATVR Homo coram Deo?

~~Sola fide~~ in Filium Dei IESVM CHRISTVM, hoc eſt,

GRATIS, non propter vlla propria opera aut merita, ſed tantum propter vnicum Mediatorem Ieſum Chriſtum, qui pro nobis victima & propiciator factus eſt, conſequitur Homo remiſsionem peccatorum, & fit Iuſtus, hoc eſt, Deo placens & acceptus, propter Chriſtum iuſticia ‡ imputata, & fit hæres vitæ æternæ, cum certo

Pro fidelitate tua non dissimulare quod in amicorum scriptis defendi non possunt. Fateor igitur me non posse probare quod ante [illegible] libri legi tribuat remissionem peccatorum. Lex enim ad nos obligat, ut ad perfectam obedientiam eique vitam promittit: